Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput quadragesimum tertium. Jesus claudos sanat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Visual Library

ejus, & ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte.

Marc. 9. 24, 25. *Et cum videret Jeſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi, Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introëas in eum. Et exclamans, & multum diſcerpens eum, exiit ab eo.*

CAPUT XLIII.

Jeſus claudos ſanat.

ISA. 35. 4, 6. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos ...... Tunc ſaliet ſicut cervus claudus.*

MATTH. 11. 4, 5. *Et reſpondens Jeſus ait illis, Euntes renuntiate Johanni quæ audiſtis & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant.* Et Luc. 7. 22.

Matth. 15. 30, 31. *Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos; ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes.*

Matth. 21. 14. *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in Templo, & ſanavit eos.*

CAPUT XLIV.

Jeſus debiles ſanat.

ISA. 35. 3, 4. *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate ...... Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos.*

MATTH. 4. 24. *Obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, & tormentis comprehenſos, qui Dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos.*

Matth. 8. 5, & ſeq. *Cum autem introiiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans & dicens, Domine, puer meus jacet in domo Paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Jeſus, Ego veniam, & curabo eum ..... Et dixit Jeſus Centurioni, Vade, & ſicut crediſti fiat tibi: & ſanatus eſt puer in illa hora.*

Matth. 9. 2, & ſeq. *Et ecce offerebant ei Paralyticum jacentem in lecto ..... tunc ait Paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrexit & abiit in domum ſuam.* Et Marc. 2. 3, & ſeq. Luc. 5. 18, & ſeq.

Joh. 5. 5, & ſeq. *Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua ...... Dicit ei Jeſus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula: & ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.*

CAPUT XLV.

Jeſus mortuos revocat ad vitam.

PSALM. 102. 2, & ſeq. *Benedic anima*

MATTH. 9. 18, & ſeq. *Ecce Princeps*